ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GUIDO DE MONTE ROCHERII. THOMAS EBENDORFER. NICOLAUS DE DINKELSBÜHL. NICOLAUS DE GRAETZ. SPECULUM HUMANAE SALVATIONIS

um 1420/1453 (nach Wasserzeichenbefund) Seite 262r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=549
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Incipit tractatus de septem donis spiritus sancti

Egredietur virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapiie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis spiritus scie et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini Ysaie 11o

¶ Exhac autem et aliis sacre scripture et sectorum constat septem esse dona spiritus sancti, que etiam designat per septem mulieres que ut dicit Ysaie 4o apprehendent virum septem in die illa Xpm, et hoc in instanti conceptionis sue, in quo omnia illa fuerunt plenissime sue humanitati gratuita per quod tunc datus est spiritus non ad mensuram designant etiam per septem lucernas tabernaculi Exodi 25 designat quoque per septem stellas que sunt in dextera filii hominis Apoc 1o et in sup designat per septem cornua et septem oculos agni Apoc 5to et quamvis illa septem spiritus sancti dona fuerint ut predixi omnia semper et plenissime in saluatore nro secundum humanitatem ab instanti conceptionis sue, tn secundum Wilhelmum pristen in libro suo de virtutibus ipa mirime videbant in ipo esse secundum ezrozem iudeorum et aliorum infidelium de ipo dno solum secundum homines cognitarum, solum eum quod dns et Salvator nr hic in terra manens agebat secundum homines videbant eis inspiratione, sicut et sine intellectu videbant eis Saluator esse sicut quod decidebat eum velut dementem, dicentis quia demonium habet Johis 8, De dono autem consilii nichil omnino in eo cognouerunt, propter cuius tamen eminentiam vocatus est consiliatus et magni consilii angelus, quia per ipum antiquum illud et eternum consilium diuine bonitatis superna salute humani generis decentissime et completum, et per ipum et mundo conuenientissime constitutum

¶ De dono vero fortitudinis omnino ignari fuerunt, nam ipum magis mortem sustinuissime ex infirmitate carnis, quam ex firmitate spiritus aut ex dono fortitudinis putauerunt ¶ De dono pietatis scie que et boni et mali etiam ipum exauerunt, videntes eum ipum eligere et diligere, ac predicando ep tollere ea que ipi mala putabant, ut paupertatem spiritus luctum et cetera huiusmodi et illa respicere que ipi amabant, et bona reputabant ut diuitias voluptates et seculi honores, ipum magis insanum ac bonum et mali ignarum, quam sciente reputabant

¶ Insuper etiam de dono pietatis